

## EPISTOLA

Academiam vestram visurus huc appuliffem, non aliter quàm olim Aristippo illi Cyrenaico, naue tempeftatibus fractâ expulfo, eiecto què ad Syracufarum litus, vestræ Humanitatis vestigia, & quidem Syracufarum illis longè præstantiora, primo què intuitu statim mihi apparebant. Non enim pictas in arenâ figuras Geometricas, sed magis preciosa atque preciosissima quædam in honestissimâ potentissimâque atque opulentissimâ hac vrbe, (quam fato nescio quo à primâ quidem pueritiâ tam arden- ter amaui) & è quibus non mediocrem cœpi voluptatem, vidi. Sed ante omnia regium illud ac splendidum, imò stupendum prorsus atque pom- posum sumptuosissime què extructum in summo templo horologium: & Academiam omnium celeberrimam, singulari què prudentiâ & quàm sapientissimè institutam ac informatam. Et in quâ non minora mihi atq; ipsi à Syracufis Aristippo exhibita sunt atque præstita singularis humani- tatis officia. A præclarissimis videlicet D. Professoribus vestris. Inprimis verò ab ipso Magnifico D. Rectore D. Melchiore Junio, viro vt doctissimo & eloquentissimo, ita fanè optimo ac humanissimo, ipsa què humanitate humaniore. Præterea què à D. D. Laurentio Tuppio Pomerano, Iuris Pro- fessore doctissimo, nec minùs Mathematicarum artium omnium què hu- manarum Doctrinarum præstantissimo & exercitatissimo. Plurimum- què verò à D. M. Dauide Vvolkenstenio, Pædagogo vestri Collegij ad Præ- dicatores sapientissimo. Quorum summorum & optimorum virorum quis què, quamdiù in celeberrimâ vestrâ Academiâ vixi, parentis mihi lo- co exstitit. Ne hoc loco aliquid addam de liberalitate & humanitate do- ctissimorum & humanissimorum quorundam studiosorum iuuenum in hac vestra Academia iam temporis degentium, qui ne Præceptore in su- blimiore ac subtriliore hac nostra Mathesi elapsè iam hyemis tempore, id- què permiffu ac suafu D. M. Vvolkenstenij, vfi sunt, qui què vt grati mei auditores atque discipuli grati animi gratissimam significationem ede- dère, mihi què hætenus victum atque amictum alias què res ad corporis huius sustentandum ergastulum benigniter atque clementissimè elargi- ti sunt. Quorum etiam ope ac operâ, impensis què liberaliter sumptibus, hoc nostrum opusculum, nostrâ quidem inopiâ hætenùs suppressum, in lucem tandem venit prodijt què. Atque ita vltra annum iam spatium al- ma ac celeberrima vestra Academia, tanquam clementissima atque fœ- cundissima mater quædam, me misellulam suam prolem lautissimè qui- dem atque largissimè aluit, materno què me animo fouit tractauit què: me què miserrimum, omni què ære exhaustum, rebus què omnibus exutum atque emunctum, tantis què in me collatis minimè dignum beneficijs, sub amplissimas suas, omni què humanitate & largitate latissimè distentas alas suscepit. Atque id non de corporis duntaxat alimentis ac gratuitâ sustentatione, verùm etiam quod què meritò adhuc maioris existiman- dum

dum